UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion Sev Manvale Episcoporvm Pro Decretis in Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Hebdomada maior.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

Visual Library

16 Data in Iubilæis facultate abſoluendi à caſibus in Bulla Cœnæ, reſeruatur tamen crimen hæreſis. DD. citato à Barboſ.*alleg.1.nu.*178.

17 Non poteſt Epiſcopus diſpenſare in irregularitate, quæ prouenit ex hæreſi, per *cap. liceat* Ricciull.*de iure perſon.lib.5.c.16.nu.6.contra Sanchez & alios.*

18 Et longè minus quoad vſum ſacerdotij in altaris miniſterio.idem *ibid.nu*.8.

V.Excommunicatio. numero 43. *Irregularitas.numero* 36.60.64.65.66. *Libri prohibiti.numero* 8. 9. 28. 29. *Regularium iura ſub Epiſcopis. numero* 63. *Vicarius Capitularis.nu.*1.

Hebdomada maior.

1 AD legendam Paſſionem in Miſſa priuata non extinguuntur luminaria in altari. Paul. Comitol. *in reſp. mor.lib.1.qu.*49.

2 In pulſatione, quæ ſit in fine Matutini tenebrarum, arceatur indecorum tumultus. Prou.1.

3 Is in fine tantùm, ſemelque fiat. Prouinc.4.

4 In Feria v. communio cleri fiat in Miſſa ſolemni. Congregat. Rit. 27. Sept. 1608.

5 In hac Feria, & ſequenti proceſſu cum Hoſtia in calice reſeruata non fit extra Eccleſiam. Congregat. Epiſc. 6. Aug. 1591.

6 Locus pro reponenda Hoſtia paretur, non cum pannis nigris. Gauant.*in Theſ. Sac.Rit.tom.1.par.4.titul.8.numero* 9.

7 Hoſtia repoſita videri non debet, ſed in Calice, & Arca ſeruari. Prouinc. 4.

8 Clauis Arcæ non debet dari laico, quantumuis nobili. Congr.Rit. 30. Ian. 1610.

9 In Paraſceue ſi incidat feſtum Annunciat. B. Virg. non tenentur fideles audire Miſſam. eadem 19. Febr. 1622.

10 Neque in die fiat communio, niſi infirmorum. eadem *ibid.*

11 Adoratio Crucis ne fiat alibi eo die ante ſtatam horam in Cathedrali. Prouinc.5.

12 Nec in Diœceſi ante horam eccleſiæ Matricis. *ibid.*

13 Fiat hæc adoratio cum corporis proſtratione.*ibid.*

14 In Paraſceue non poteſt fieri nocte proceſſio cum Euchariſtia. Congr. Ep. 22. Martii 1596.

15 Sabbato Sancto non ſunt pulſandæ campanæ à quoquam ante Cathedralem, ſeu Matricem eccleſiam. Congr. Lateran.*ſeſſ.*11.

16 Matrix In Diœceſi eſt Parochialis Eccleſia. Congregat. Rit. 9. Februar. 1608.

*V. Baptiſmus.nu.*37.38.
*Confraternitates.nu.*26.
*Miſſæ Ritus.nu.*27.
*Oratio publica.nu.*20.

Hebræi.

1 HEbræorum ſit vna tantùm Synagoga, neque vicina noſtris Eccleſiis. Paul. IV. Anno 1555. Pius V. 1567. Prouinc.5.

2 Nouæ Synagogæ prohibentur ædificari, & dirutæ renouari; ruinoſæ tamen poſſunt reſarciri. Sylu. *V. Iudæi qu.4.ad* 5.

3 Bona immobilia poſſidere non poſſint. Paulus IV. & Pius V. *ſup.*

4 Portent habitum, & ſignum diſtinctiuum. Sylu.*loc.cit.qu.*4.

5 Non prodeant in publicum in triduo maioris hebdomadæ. idem *ibidem ad* 6.

6 In Paraſceue oſtia claudant, & feneſtras.*ibid.*

7 Ne circumcidant alienos.*ibid.*

8 Ne ducant Chriſtianam in vxorem. *ibidem.*

9 Ne impugnent dogmate peruerſo fidem catholicam. *ibid.ad* 14.

10 Ne habeant officia publica, neque dignitates.*ibid.*

11 Neque commercium, quod poſſit eſſe grauamini Chriſtianis.*ibid.*

12 Ne recipiantur vt teſtes contra Chriſtianos.*ibid.*

13 Cogantur ad reſtituendas vſuras ſupra id, quod eis toleratur, per iudicem eccleſiaſticum, ſi laici negligant.*ibid.*

14 Cogantur, ne exigant vſuras.*ibid.*

15 Cogantur ad ſoluendas decimas prædiales.*ibid.*

16 In libris rationum ſcribant Italicè, ſub

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN